Deus in suo verbo nobis proposuit duas vias, salutem per fidem, damnationem per incredulitatem, nihil mentionis facit de purgatorio. neque admittendum est Purg: quod beneficia et gratiam CHRI obscurat. Purg: quidem coram mundo admittendum esset in suo circulo. Altera quaestio de Sanctorum intercessione mortuorum an illi orarent pro nobis Rt Luthe: permittamus illos orare, attamen et vita et oratio illorum nobis est ignota, tamen nos non possumus scire quomodo mors ipsorum sit vita. Esto obijciatur quod S. Ambrosius pro Theodosio caesare petiverit post mortem, hoc affingitur illi. Esto Augusti: pro matre sua monica oraverit nihil tamen asserit, neque sua scripta vult teneri, nisi sacrae scripturae consenserint. Sicut dicit, nolo meis scriptis etc. Summa oportet nos verbo Dni clare adhaerere non humanis opinionibus. Tertia quaestio de libero arbitrio an homo illud haberet Rt Luthe: Hoc nomen lib: Arb: odiosissimum fuit omnibus patribus, quamvis ipsi et nos concedimus, deum homini dedisse liberam voluntatem, sed hic est quaestio, an illa libertas est in nostris viribus, Man solt es billich geissen voluntatem servibilem, mutabilem quod deus in nobis efficit et

De libero arbitrio